



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Origines ac
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Capvt XLIII. Plenipedense Monasterium, in dioecesi Bituricensi, & alia in
Gallia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11321

CAPVT XLII.

EVERSHAMENSIS PRAEPOSI-
tura apud Furnas, Flandriae
opidum.

ANNO CIO. XCI. inceptum est monaste-
rium in agro Furnensi, cui nomen Euers-
ham, super fluuio Isara, iuxta Stauelam, VVal-
berto Canonico Cosletensi, ibi altare D. Petri ad
ipsum offerente; quod & Gerardus Morinorum
Episcopus libertate donauit. Ita Meyerus in An-
nalibus Flandriae. Alij Canonicum istum vo-
cant VValterum. Auctum est postea mona-
sterium mirificè ac dotatum à Roberto Hie-
rosolymitano Flandriae Comite, eiusque ma-
tre Gertrude.

CAPVT XLIII.

PLENIPEDENSE MONASTERIVM,
in diœcesi Bituricensi, & alia in
Gallia.

RICHARDVS II. Bituricensis Archie-
piscopus monasteriũ istud ordinis Au-
gustiniani struxit, ac dotauit: in quo & anno
1092. obiit.

In vrbe Ambianensi, est celebris Abba-
tia Sancti Martini Gemellorum, vulgò
des Gemeaux, Congregationis Victorinae,
cũm

cum Episcopatu Ambiacensi vnita. Ante
 summum altare notatur locus, in quo sanctus
 Martinus adhuc catechumenus, & postea Tu-
 ronensis Episcopus, chlamydem suam scidit,
 & pauperi petenti dedit. Fuit enim eo loci o-
 lim vrbs porta. Quæ omnia volupe nobis
 fuit ex adiuncta inscriptione discere, cum an-
 te annos aliquot Ambiani essemus.

CAPVT XLIV.

IPRENSE S. MARTINI OLIM
monasterium, in Flandria.

BIOANNES Morinensis Episcopus ad
 Ipram fluiũ, quem Decretales Ipre-
 tum vocant, an. 1101. monasterium
 insigne, in honorem S. Martini construxit.
 Cui quidem monasterio religiosi homini-
 bus admodum efflorescenti, postea omnium
 Iprensis opidi parœciarum procuratio est
 commissa.

Monasterium istud, multiplicatis in Bel-
 gio Episcopatibus, patriâ memoria versum
 est in Collegium cathedrale Iprensē
 Canoniorum sæcularium. Vide ori-
 gines nostras Collegiorum
 Canonicalium.

(::)

CAPVT